NOS DECANUS

ET FACULTAS MEDICA

IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA UNIVERSITATE IAGELLONICA CRACOVIENSI

omnibus et singulis notum facimus, Dominam

IANINAM KOSMOWSKA

ORIUNDAM VARSOVIA

postquam praelectiones publicas ad magistri artis pharmaceuticae dignitatem rite impetrandam praescriptas, quae in hac universitate habentur de physica, de botanice, de chemia generali et analytica et pharmaceutica, denique de pharmacognosia, frequentavit atque exercitiis, quae cum disciplina chemica et pharmacognostica coniuncta sunt, diligentissime operam dedit, examina, quae antecedunt ad physicam, botanicam, chemiamque generalem pertinentia ac deinde examen rigorosum pharmaceuticum lege constitutum prospero cum eventu subiisse atque in omnibus eius partibus satisfecisse. Quare eam

ARTIS PHARMACEUTICAE MAGISTRAM

agnoscimus, approbamus, declaramus, ea tamen conditione, ut, pro sponsione solemniter nobis data, leges universitatis facultatisque nostrae semper et ubique religiose observet. Cuius rei documentum hoc ei diploma exhibemus Facultatis nostrae sigillo et subscriptione decani et professoris chemiae munitum.

Quo tamen diplomate nequaquam licentia impertitur practicandi in iis Austriae provinciis, quarum legati comitiis generalibus intersunt.

Actum Cracoviae die vigesima mensis Iulii anno millesimo octingentesimo nonagesimo octavo.

Carolus Olszewski
Phil. Dr. Professor p. o. Chemiae.

Casimirus Kostanecki
Med. Dr., Anatomiae descriptivae Professor p. o.
h. t. Decanus Facultatis medicae.